

# DE FEBRE PUEPERALI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

BEROLIEBECO GUERRIMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XX. M. AUGUSTI A. MDCCCXLIX

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

**ERNESTUS WALBRACH**

OCCIDENTALI-BORUSSUS.

OPPONENTIBUS:

E. WUTTIG, MED. ET CHIR. DR.

A. KLINGNER, MED. ET CHIR. DR.

O. KESSLER, MED. ET CHIR. DD.



BEROLINI

TYPIS GUSTAVI SCHADE.

D 68.

013

SD 68/013

11.10.61

PATRIOTIC  
CONFEDERATION OF THE U.S.A.

OPTIONAL, DRAFT EDITION

Stadt- und Landesbibliothek  
Frankfurt a. M.  
1961

70/213x1

HAS CE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATIOQUE ANIMO

D. D. D.

FILIUS.

ob' anno obiectum nunc si vobisq; existat  
enig'm automobilis que vobis referemusq; vobis  
in sabbathodromia nulliusq; ambiens. Hanc  
vobis qm' id est ab his qm' propositi. Nam ha-  
c qd' qm' vobisq; validis qm' erigitur.

PROLEGOMENA.

Utendum est excusatione, quod scribere jussus,  
quamvis tiro in medicina, tamen dissertationem  
de morbo instituerim, de quo doctissimi et ex-  
perientissimi viri magnopere dissentiant. At  
vero quum ut quaeque res maxima ac difficil-  
lima est, ita adolescentis ingenium ad eam ex-  
plorandam atque cognoscendam impellit, tum  
multos morborum puerpalium, inter quos non-  
nullos febris pueralis casus observandi oc-  
casio mihi oblata erat; itaque iis, quae integer-  
rimos libros hac de re scriptos perscrutatus,  
hic illic inveni, cum iis, quae ipse vidi com-

paratis, quantum in mea potestate erat, de febris puerperalis natura me informavi. Cujus studii fructus Lectoribus Benevolentissimis, si qui erunt, tradens, eos oratos volo ut, vires meas exiguae ac debiles respicientes, in his pagellis judicandis frontem remittant.

enkele, verschillende hulp- en dienstverleners die verschillende  
voordrachten geven), enkele of een aantal  
van de individuen zijn die niet specifiek en dus al-  
les beschouwen als eenheid van individuen  
die tot een groep kunnen worden gezien. In deze gevallen  
zijn de verschillende individuen niet meer  
een enkelheid van de groep en kunnen zij  
niet meer gezien worden als eenheid van  
de groep. De verschillende individuen kunnen  
dan verschillende verschillende gedragingen vertonen.  
In andere gevallen kan een enkel individu  
veel verschillende hulp- en dienstverleners hebben, maar  
de verschillende individuen kunnen dan  
niet gezien worden als eenheid van de groep.

und Leidensgeister aufzuhören, und es kann nicht anders als  
ausgedehnter angelegter Geschäftsgang hervorbringen, der nicht  
nur darüber steht, ob man die Leidenschaften des Geschäftes  
weg in die Jahre hinein zu halten weiß, sondern auch  
darauf, ob sie nicht durch Besonders' belebend und fördernd ist  
das Studium der Puerperalkrankheiten für  
seinerseits gesetzlosen und unbeständigen  
den jüngern Gonossem der Kunst — er  
entweder selbst oder mit ihnen — sollte mit ihnen sich vor allen Übrigen  
Krankheiten befassen.“  
Die Befürchtung, welche Hölzl in jungen Jahren über  
die Geschäftsführung seines Vaters gehabt hat, ist in  
seiner späteren Erinnerung nicht mehr vorhanden.  
**N O S O L O G I A.** —

## NOSOLOGIA.

In puerperas multi morbi iis proprii irruunt, quodrum series tres discernimus: prima status ex partu ipso, profectos; secunda morbos etiam extra puerperium obvios, sed eo proprie mutatos; tertia mala ad uterum vulneratum accedentia amplectitur. Praeterea febrem existere contendimus, quae, quum nulla ejus causa localis appareat, ad solam compositionem sanguinis mutatam referri possit; de qua ut hoc in libello disseramus, nobis propositum est.

nescentia (inde febris putrida), erysipelas, gangraena nosocomialis, phlebitis ejusque metastases.

Uterus post partum duobus in locis vulneratus est, altero, ubi placenta inserta erat, altero, qui vocatur collum uteri. Attamen cervicem tantum post partum difficilem gravius vulneratam videmus; tum enim ea aut operationibus institutis irritata, aut per longius tempus inter caput foetus et os pelvis compressa est. Cruveilhier affirmat, massam gelatinosam in superficie uteri interna reperitam, quae ex sanguine et lymphæ exsudatis constet, quasi membranam similem ei constituere, qua membra amputati truncus obtegatur; omnino hunc truncum cum utero, a quo placenta revulsa sit, bene comparari posse. Dicit enim<sup>1)</sup>: Venæ uteri late patent, nec non vasa in membris amputati truncō. Sola cervicis uteri superficie interna excepta, membrana mucosa nusquam romanet, itaque stratum muscularare omni tegumento vacuet atque nova membrana, sicut membris amputati truncis, obducendum est.<sup>2)</sup> Non hadmodum igitur mirum, uterum vulneratum, imprimis in eō loco, cui placenta inserta esset, in eadem mala incidere posse, quae ad alia vulnera accedere videamus. Jam febris lactea secundum sententiam, quam van Swieten

plexus est, et quam Eisenmann multique alii illustrissimi viri defenderunt, non ad lactis secretionem referenda, sed potius febris traumatica aestimanda est.<sup>3)</sup>

Morbi autem puerperales in illo uteri loco, cui placenta inserta erat, hi exstant:

I. *Endometritis puerperalis*, i. e. inflammatio loci illius, cui placenta affixa erat, quam sine exsudatione omnino non existare, Rokitansky contendit<sup>4)</sup>. Neque id mirum. Inde enim facile intelligitur, quod sanguis puerarum fibrina abundat, itaque ad massæ, quae coagulari potest, exsudationem valde aptus est, praesertim in utero, ad quem per totam graviditatem vim organismi plasticam dirigi appetet. Dissert autem hic morbus a metritide extra puerperium orta exsudatione, quae nunquam deest, febre vehementi, aliarum partium morbis, qui aut morbo disseminando per contiguum, aut lochiis perturbatis vel suppressis provocari possunt, exempli gratia peritonitis puerperali, phlebitide uterina, mania puerperali atque aliis, denique exitu. Exire autem potest endometritis puerperalis:

1. in suppurationem: lochia rursus fluere inci-

<sup>1)</sup> Rokitansky, Specielle pathologische Anatomie, vol. II, pag. 559.

plunt atque materie puriformi constant; jam ex quarto vel quinto die aegrotae convalescent.

2. in exsudationem serosam: tali modo massae antea jam exsudatae, et coagulatæ solvuntur, atque ex utero interdum contractiōnibus, quales in partu ipso adsunt, expelluntur<sup>1)</sup>.

3. in gangraenam. Bene hic status discernendus est ab uteri putrescentia, de qua infra locuturi sumus. In hoc tertio casu, sicut in vulneribus gangraena affectis, sanie resorpta, febris putrida intrare potest, quam inflammationes metastaticas, quae dicuntur, sequi videmus. Hac sola ratione febrem pueralem procreari, Ferguson perperam judicat<sup>2)</sup>.

**II. Erysipelas.** Ut in vulneribus, ita etiam in utero vulnerato erysipelas occurrit, cuius in „Schoenlein's specielle Pathologie und Therapie, herausgegeben von einem seiner Zuhörer“ nomine metritidis erysipelaceae mentio facta est. Sed multo saepius hic est locus infectionis, abs

<sup>1)</sup> Helm, Die Pueralkrankheiten, pag. 74.

<sup>2)</sup> Ferguson, Das Kindbettfieber, a. d. Engl. von Kolb, pag. 64.

quo exorsum exanthema in cutem incidit, atque purpuram pueralem constituit, Febris pueralis erysipelacea s. purpura pueralis praecepit temporibus occurrit, quibus erysipelas, praeterea quoque erysipelas traumaticum, scarlatina epidemicæ florent. Nunnely, Sidney, Storr, Condie, Holmes, Hardey, Elkington observarunt, contagium erysipelaceum, in pueras translatum, febrem pueralem provocasse, atque eodem tempore a pueris aegrotis non gravidas et neonatos infectos, alios in morbos febri puerali similes, alios in inflammationem erysipelaceam tunicarum serosarum incidisse. Maximi vero momenti est, quod Eisenmann de febre puerali scarlatinosa narrat<sup>3)</sup>, quae anno MDCCXCIX Viennae in pueris observata atque a Malfatti descripta est. Recentiore quoque tempore purpura pueralis Viennae occurrit, ejusque symptomata et decursus nobis ab Helm copiosius tradita sunt<sup>4)</sup>. Plerumque exanthema in cuto erumpit, cui eruptioni horror atque dolor obtusus in utero antecedere solent, attamen purpura nonnunquam sine omni febre oritur, aut haec postea demum accedit.

<sup>3)</sup> Eisenmann, Die Wundfeber und die Kindbettfeber, pag. 246 sqq.

<sup>4)</sup> Helm, l. o. pag. 88 sqq.

Exitus fere semp̄r lethalis, si exanthema ad tunicas serosas redit; mania puerperalis, ex hoc fonte orta, semp̄r lethalis.

**III. Putrescentia uteri s. Metritis septica.** Hunc statum primus Boer morbum genuinum, a gangraena uteri, quippe quae ab inflammatione proficiuntur, discernendum explicavit. Schölein, Romberg, Balling, Eisenmann, Albert putrescentiam uteri morbum peculiarem judicant, atque in neurophlogosibus cum gangraena nosocomiali, noma, gastromalacia collaudandam esse, existimant. Re vera autem hunc statum pathologicum ab illo, qui in vulneribus nomine gangraenae nosocomialis significari solet, omnino non differre, inde perspicuum sit, quod inflammatio deest, substantia uteri profunda in massam pulpae quasi analogam mutatur, denique idem, quod in gangraena nosocomiali contagium reperitur.

**IV. Phlebitis et Lymphangitis uterinum.** Quin phlebitis sicut in vulneribus, ita etiam in illo uteri loco, cui placenta affixa esset, interdum nullo alio morbo antea jam exerto, gignatur atque unicus morbus uteri puerperalis maneat, dubitari non potest. Quod dupli modo fieri manifestum est: aut enim ex genio epidemico coque saepissime erysipelaceo<sup>1)</sup>,

aut ex miasmate quoddam saepius in nosocomiis observato), quod in superficiem internam venarum late patentium invaserit, morbus exoritur. Plerumque vero inde oritur, quod membrana vasorum intimata aut aere aut materie, in placenta insertionis loco secreta vel exsudata, contacta afficitur. Eas facilius autem eam procreari posse elucet, si quo magis uterus sive ob innervationem depressam seu ob universam debilitatem relaxatus sit; nam quo minus uteris contrahatur, eo magis vasa pateant necesse est. Lymphangitis uterina rarius occurrit, quam metrophlebitis, ac fere nunquam sola, sed cum phlebitide complicata observatur. Ex phlebitide et lymphangitide uterina inflammationes lobulares, quas dicunt, dupli ratione exquiruntur; aut enim inflammatio usque ad capillaria propagatur, quorum lumen tunc exsudatis expletur, aut pus, in loco primitus affecto formatum, sanguinis circuitu in capillaria provehitur, ubi puris corpusculis, quippe quae majora sint, quam per capillaria progreder possint, remahere itaque sanguinis stasin, inde inflammationem efficere oportet. Sanguini puris corpusculis admixtis, mania peculiaris existit,

1) Ipse hic in clinico chirurgico atque ophthalmiatrico hinc praeterito fere omnes, in quibus vel levioris monitioni operationes fractae essent, in phlebitidem incidero observavi.

cujus morbi post mortem nulla vestigia, nisi quod vas a cerebri majora sanguine abundant, reperiuntur).<sup>1)</sup> Phlebitis et Lymphangioitis ab uteri in abdominis et extremitatum inferiorum venas atque vasa lymphatica propagatae, phlegmasiam albam dolentem procreant, quae est oedema acutum in circuitu vasorum inflammatorum, inde exortum, quod haec impervia sunt et sanguinem a circuitu impediunt, itaque serum exsudatur ac telam cellulosa implet. Eadem hujus morbi origo est, si post menses suppressos observatur; hoc quoque in easu vena tactu filamento solidi similis est, quod bis mihi occurrit. Attamen phlegmasia alba dolens saepe etiam inflammatione tela cellulose metastatica, profecta non a phlebitide uterina, sed potius a febre puerperali, quae in sanguinis dyscrasia sita est, existimanda videtur (similia non raro extra puerperium in morbis exanthematicis, typhosis, exsudatoriis observantur). A tela cellulosa autem hanc inflammationem ad fasciam eruralem, ad neurilemam, ad vasa lymphatica transferri posse constat; adeo nonnunquam exsudata in capsulis synovialibus genu et coxae accedunt<sup>2).</sup>

Praeter hos morbos uteri puerperales interdum

<sup>1)</sup> Helm, l.c. pag. 53. n. 1. <sup>2)</sup> Rokitansky, l.c. pag. 571, et quatuor undevi. annales

post partus difficiles atque operationes obstetricias, quibus partes contusae sunt, inflammationem, ulcera, gangraenam non tantum in cervice uteri, sed etiam in tota vagina, genitalibus externis partibusque vicinis reperimus. <sup>1)</sup> Jam, quaeritur, num praeter illos morbos certum quendam locum habentes atque eos, qui inde exoriri possint, febris peculiaris statuenda sit, non febris sic dicta puerperalis ad illa mala localia referatur, licet? Quin vero febris puerperalis pro morbo peculiariter habenda sit, dubitare non possumus, si ad illos casus respicimus, in quibus sectione nulla mali localis vestigia vel omnino nihil reperimus<sup>2).</sup>

Praeterea quaeritur, utrum in febre puerperali, quae non ad morbos uteri supra expositos referri possit, febris una cum inflammationibus aliorum organorum late patentibus, quae ejus plerumque comites sint, ex dyscrasia sanguinis oriatur, an potius febris symptomatica earum inflammationum judicandas sit? Haec quaestio crassum doctrinam attingit, de qua omnes medicorum sententiae valde interscinduntur; alii enim hanc doctrinam, quippe quae nihil nisi hypothesis nullis argumentis certis probata sit, omnino rejiciunt; alii, quam plurimos

<sup>1)</sup> Detroit, Cursus der Geburtshilfe, vol. II. pag. 1097. <sup>2)</sup>

possunt, morbos crassi sanguinis mutata explicare. student, sicut exempli gratia recentissimo tempore Dicti pneumoniam in crassi pneumonia positam esse contendit. Sed longum est, hic ea de re copiosius disserere. Sieut febrem pneumoniae comitem, ita febrem puerperalem mutata sanguinis compositione procreari, propter ea statuendum nobis videtur, quod febris adesse potest; priusquam morbi locales orti sunt, id quod ipse saepius jam observavi, vel adeo nonnunquam nihil in mortuis reperiatur, si aegrotae brevi defunctae sunt.

Si vero febris puerperalis a dyscrasista sanguinis, quae et febrem vehementem et plerumque inflammations late diffusas efficit, proficiscitur, quod idem in typho, in febribus exanthematicis supponitur, quaeritur, quaenam sanguinis mutatione pathologica in morbo, de quo agitur, statuenda sit? Duae imprimis hac de re sententiae existunt: sunt, qui febrem puerperalem morbos sanguinis vulgares puerperio paullulum modificatos putent, et sunt, qui eam pro statu pathologico peculiari habeant. Illam sententiam jam Hippocrates profitetur, arbitratus, febres puerperales ab ipso observatas ex parte morbos epidemicos vulgares judicandas esse, et recentiore tempore Stoll, Nulla inquit, febris est, quae non aliquando in puerperam cadat, ea vero prae-primis, quae constitutioni praecedit. Eisenmann

qui summam huic rei operam navavit, demonstrare conatus est, omnes morbos acutos in puerperas cadere, itaque causas febris puerperalis fieri posse; naturam hujus morbi inde intelligi contendit, quod illi varij morbi in uterum vulneratum incident, aut certe, quamvis in alio loco exorti, tamen mox eo usque propagentur. Fuerunt etiam, qui hunc illum morbum solum febris puerperalis causam statuerent. Ut exempla afferam, Pouteau primus a processu erysipelaceo hanc febrem pendere docuit; neque vero, unquam permulti hanc sententiam amplexi sunt. Cruveilhier tantum de typho puerperali verba facit. Pierry, ex numero illustrissimorum recentissimi temporis haematopathologorum, varias febris puerperalis formas, quibus morbos illos uteri locales adnumerat, typhaemiarum species esse judecat, atque discernit la mètrite, la péritonite, la phlébite typhohaemique; eas autem plerumque ex typhaemia aut peculiari sanguinis crassi, quae a sanie resorpta pendeat, oriuntur. Similem esse sententiam, quam de hac re Ferguson proponit, eam tamen in sola uteri gangraena probandam videri, ex his, quae supra iam diximus, elueat. — Sane concedendum est, permultos morbos acutos in puerperas cadere, adeo ipso puerperio saepe insolitam conditionem procreari atque illos morbos in puerperis varie modificari ac facile charactere adyna-

miro imbui posse. Sed saepissime variis morbi acuti puerperas offendunt, quorum symptomata, decursum, exitus vix modificari videmus. De erysipelate supra jam disseruimus. Nec non febrem intermittētem puerperis parcere satis experientia docuit; vix autem hie morbus puerperis periculosior videtur, quam aliis aegrotis, dummodo recte cognoscatur et bene curetur. Febrem enim intermittentem perniciosa puerperalem, quam dicunt, febribus intermittentibus adnumerandam esse, nullis argumentis confirmatur, nisi horroribus periodicis, qui potius ex phlebitide oriuntur. Casum lethalem rheumatismi articularis sine ulla complicatione ipse in puerpera observavi, nulla te insignem nisi febris vehementia; numeraliantur enim pulsuum ictus 192. Saepe in puerperas inflammationes irruere videmus, omnino non ab aliis inflammationibus differentes, nisi fortasse majore pulsuum frequentia. Helm affirmat<sup>1)</sup>, in nosocomio Viennensi, obstetricio puerperas in pluribus catarrhi russici et typhi epidemiis liberas ab his morbis mansisse, contra in cholerae asiaticae epidemia fere omnes mortuas esse; sivepius in hac magni momenti complications cholerae et morborum puerperalium se observasse. Itaque quum negari non possit, permultos morbos acutos puerperas aggredi atque fere solitum in iis decursum facere.

<sup>1)</sup> Helm, I. c. pag. 23.

posse, inde sanguinis crasin, in qua febris puerperalis sita est, explicare non debemus; quaevis enim puerperarum febris tunc febris puerperalis nominanda esset. Quo factum est, ut multae epidemicæ nomine febrium puerperalium traditæ non febres puerperales, sed vulgares ac soliti morbi epidemicæ fuerint; ad quos puerperas opportunas fuissent, quorum decursum ibi rapidiorem atque magis periculsum factum esse, non mirum. Febris puerperalis autem, quamvis saepe eam genio epidemicæ modificari videamus, quod idem in omnibus fere morbis fieri potest, tamen haud raro constitutione morborum omnino non afficitur. Quare cum Cruveilhier consentire debemus, qui in dissertatione de typho puerperali<sup>1)</sup> demonstrare studet, hujus morbi frequentiam ne periculum inde allatum eo magis increcere, quo majore puerparum multitidine nosocomium abundet, eandemque typhi puerperalis causam statuendam esse, ex qua typhus nosocomialis et navalis fiant. Itaque Canstatt summo jure adnotat<sup>2)</sup>: „Jene perniciösen Kindbettfieber aber, welche ohne Einschleppung eines Miasma's oder Contagium's von außen her sich spontan in den engen Räumen von mit Wöchnerinnen und

<sup>1)</sup> Commontarli majales de la Revue méd. pag. 169.

<sup>2)</sup> Canstatt, Handbuch der medicinischen Klinik, vol. II. pag. 825.

Neugebornen überfüllten Entbindungshäusern entwickeln, und ihr Dasein dem aus concentrirten animalischen Exhalationen ihrer Inwohner sich bildenden Miasma verdanken, — jene Kindbettfieber, sage ich, als einen wahren Puerperal-typhus zu betrachten, ist insoferne Grund gegeben, als auch hier das Miasma animalischen Ursprungs ist, und die Krankheit, abgesehen von der besonderen Lage der Befallenen, sowohl ihrer Entstehung als ihrer Beschaffenheit nach offbare Analogie mit dem Kerker-, Schiffs-, Lager-Typhus darbietet. Manche Epidemien sind dadurch entstanden, dass die Luft der Gebäranstalt durch miasmatische Ausdünstungen aus schlecht geräumten Abzugskanälen, Abritten u. dgl. verdorben wurde". Ego autem, Kiwisch sententiam<sup>1)</sup> amplexus, sporadicos quoque febris puerperalis casus miasmate exhalationibus animalibus exorto, ejus vis valde diminuta sit, effici censeo. Puerperium ad hunc morbum facendum multa affert. Irritatio nervorum maxima cum partus actu conjuncta atque vulneratio, contusio, ruptura partium genitalium saepe gravissimae prædispositionem ad morbos magnopere augent; itaque ex febre lactea saepè febrem puerparem oriri vi-

<sup>1)</sup> Kiwisch v. Rötterau, "Die Krankheiten der Wöchnerinnen", vol. I, pag. 23.

demus. Crasis sanguinis peculiaris, quamquam a chemicis nondum in aprico posita, tamen multis phaenomenis probata, fortasse ejusmodi est, quae facile miasmate in dyserasiam puerparem mutetur. Depressio nervorum irritationem secuta, febri fere semper characterem adynamicum impertit, nam Busch febrem puerparem inflammatoriam solas in feminas plethoricas, robustas, validas, jam ad habitum virilem pronas, incidisse comperit<sup>2)</sup>. Denique inversio lacervationis ac flexionis sanguinis ex utero diminuto prosecuta, lochia fluentia, lactis secretio recens instituta multas corporis partes ita prædisponunt, in quibus facilime febris puerperalis inflammationes provocet, imo etiam sine illa febre aliis de causis inflammationes oriri possint. Itaque non mirum est, quod in febre puerperali fere semper peritonaeum ac partes vicinae utero, quo per totam graviditatem sanguis et plasma attrahebantur, atque nunc etiam lochia secernuntur, inflammata sint, imprimis vero peritonaeum relaxatum, quod in graviditate valde expansum atque tensum, utero partu liberato, tonum non statim recipiat. Praeterea organa respirationis, quum a mammis prope absint, quae ut uterus in graviditate, nunc sanguinem ac plasma attrahunt, ad inflammationes et

<sup>2)</sup> Busch, das Geschlechtsleben d. Weibes, vol. IV, p. 856.

puerperales et de aliis causis ortas maxime propensa sunt. Quibus expositis satis demonstrasse nobis videmur; febrem puerperalem in dyscrasia sanguinis typhosae simillima a miasmate una cum puerperio profecta sitam esse, unde et febris vera hemens eaque fero semper nervosa, et plerumque inflammationes late diffusae pendeant.

Inde quod morbi uteri locales supra expositi inter se saepe conjunguntur iisque febris puerperalis complicatur, inde quod alii morbi acuti, qui in puerperas ceciderunt, insolito exitu finiuntur, graviusque asserunt periculum atque in loca insolita invadunt, nulli errores exorti sunt. Alii enim cuiusvis febri, quae in puerpera occurrat, febris puerperalis nomen induunt, alii hoc nomen plane rejiciunt, alii naturam hujus morbi eam esse contendunt, ut semper endemice aut epidemice exoriatur, alii denique modo hunc modo illum morbum localem nomine febris puerperalis appellant.

Quibus factum est, ut de nullo aliò morbo tot et tam diversae sententiae a medidiis editae sint. Jam Hippocrates, quum historias morbi octo enarrans<sup>1)</sup>, eadem visa, quae in febre puerperali reperiuntur, referat, prima hujus morbi monumenta.

<sup>1)</sup> Hippocratis de morbis popularibus. Lib. I. Sect. II. aegrae 4, 5, 11; Lib. III. Sect. II. aegrae 10, 11, 12; Sect. III. aegrae 2, 14.

nobis tradit. Quorum casuum alios morbos epidemicos communes habebat, alios ad lochia suppressa referebat; ab iis autem uteri inflammationem, suppurationem, ulcerationem valde foetidam, de quibus alio loco disserit), summi jure distinguebat. Medicis post eum viventes lochia suppressa solam hujus morbi causam continere putabant. Willisius primus erat, qui momine febrium puerparum utens, eas febres essentiales esse contendebat, dicens: „Puerparum febres quoad essentias, a synochotum simplici tum putrida plurimum differre e signis et symptomatibus earum rite perpensis liquido constat”. Morbos puerparum acutos a tribus causis dedit; pendere enim eos primum ex eo, quod febris lactea simplex aut constitutione mala, aut diaeta perversa, aut animi motibus maligna ac putrida fiat, deinde a lochiorum secretione, denique ab uteri post partum conditione. Quum jam Mercurialis prima lactis metastasium doctrinae elementa tradidisset, Willisius primus lactationem mutatam causis febris puerperalis adnumeravit; sed demum Puzos doctrinam, secundum quam omnino febres puerperales a lactis anomalij proficiuntur, perfectam omnibusque numeris absolutam edidit. Hanc doctrinam postea permulti medici amplexisunt, inter quos Berendt, Hufeland, Boer,

<sup>2)</sup> Hippocratis de morbis mulierum. Lib. I. cap. 60, 69, 70.

Hecker fuerunt, qui eam etiam magis elaboraverunt; hodie vix ullum medicum animo praeditum inveneris, qui hanc monstrosam doctrinam profiteatur. Riverius primus si rite fluentibus lochiis febris oriatur, illam vel ex bilioso humorum apparatu, vel ex diaetae erroribus provenire dixit; itaque novam de febribus puerperalium ortu doctrinam proposuit, quam etiam apud Stoll iterum reperimus, qui naturam biliosam plurimarum febrium puerperalium professus est. Denique Felix Plater nominandus est, qui primus uteri inflammationem omnium morborum puerperalium causam proximam esse dixit, quam sententiam recentiore tempore R. Lee omni ex parte adoptavit. Quum in febre puerperali fere semper post mortem exsudata in cavo peritonaei reperiantur, haud difficile est intellectu, quo modo factum sit, ut medici etiam illuc morbi sedem collocaverint. Hunter primus febrem puerperalem nihil nisi peritonidem esse contendit, ejusque sententiam, a Walther in Germaniam translatam, hic plures quam ullam aliam sententiam medici professi sunt, inter eos P. Frank, Sprengel, Marcus, Horn, Siebold et fere omnes medici obstetrici. Recentissimo quoque tempore Kiwisch et Helmillum puerperarum morbum, quem febrem puerperalem peculiarem statuimus, ita explicaverunt, et Schoenlein in libro „Schoenlein's Spec. Path.

u. Ther. etc.” cuius jam supra mentionem fecimus, febrem puerperalem ex peritonide oriiri dicit<sup>1</sup>); quae a simplici peritonide eo modo differat, quo dysenteria a simplici intestini crassi inflammatione, attamen equidem. Schönenlein docere audivi, febrem puerperalem a sanguinis dyscrasia, cuius natura ignota quidem sit, quaet autem atqui dyscrasia typhosa praeter febrem vehementer variorum organorum morbos locales procreet, deducendam esse. Restare videtur, ut dicamus, quae ab iis, qui recentissimo tempore hac de re scripserint, tradantur, haec autem sunt:

R. Lee febrem puerperalem, cui locales quoque morbos uteri adnumerat, ex inflammatione uteri atque organorum ei adnexorum oriiri censet. Quatuor igitur species discernit: inflammationem tunicae uteri serosae atque peritonaei, inflammationem organorum utero adnexorum, eorum ovarii, tubarum Fallopii, ligamentorum uteri latorum, inflammationem tunicae mucosae atque telae muscularis uteri, denique inflammationem ac suppurationem in vasculi uteri.

Eisenmann<sup>2</sup> quamvis fere febrem, que in puerperam decidit, febrem puerperalem appellat, eamque ex omnibus morbis acutis nasci posset

<sup>1)</sup> Schoenlein's Spec. Path. u. Ther., nach dessen Vorles. herausg. v. einem s. Zuhörer, vol. I, pag. 492. Nobis unedicta

putat; quippe qui in placenta sede germinantes ag provenientes, libi infectionem localem importent; ex qua inde infectio sanguinis itaque febris oriatur; raro tantum evahire; ut infectio sanguinis jam antepartum alio loco exorta et febris infectioni locali, quae omnino nunquam desideretur, praecedat eam, que provocet. Itaque discernit febrem puerperalem phlogisticam, erysipelaceam, variolosam, rheumaticam, miliarem, catarrhalem, pyrosam, typhosam, biliosam, intermittentem, septicam. Symptomatibus ex infectione locali seu primaria seu secundaria emergentibus omnes uteri morbos puerperales explicat. Eandem explicandi rationem in vulnera transferens; fere tot febres traumaticas, quot febres puerperales, discernit; ut exemplum afferam, gangrenam nosocomialem typhum traumaticum i. e. in vulnere locum tenentem, putrescentiam uteri metrotymphum esse existimat.

Heilm nominem febris puerperalis rejiciens, morbos puerperales eos esse, qui in puerperis cadant atque in his conditione peculiari, qua organa quaedam in puerperio utantur, ea genitalium, peritonaei, mammarum, cutis modificentur, contendit eosque mere inflammatorios habet; quare secundum organa affecta metrophlebitidem, metrhyumenitidem, oophoritidem, koleitidem et perinaicitidem, purpuram, peritonacitidem, mastitidem puerperales discernit.

Kiwisch summi momenti esse judicat, quod ex miasmate morbis oriatur, quare febrium puerperalium nomine morbos puerperarum epidemicos, ab utero profectos atque inde secundum certas quasdam leges propagatos appellat; et dyscrasiam sanguinis primariam phlogisticam esse existimat, et mala localia inflammationes habet. Tres imprimis species distinguit; peritonitidem puerperalem, phlebitidem et lymphangitidem uterinam, metrhyumenitidem et endometritidem.

Busch febrem puerperalem eos puerperarum morbos nominandos esse censet, qui a revolutione intra puerperium in corpore seminae eveniente ac functionibus organismi ad puerperium spectantibus perturbatis pendeant, eamque secundum diversas affectiones locales dividit in peritonitidem puerperalem, febrem puerperalem, in qua cerebrum imprimis aegrotet, phlebitidem uterinam, putrescentiam uteri, denique febrem puerperalem cum inflammationibus mammarum atque extremitatum inferiorum conjunctam.

Jam vides peritonitidem puerperalem ab Heilm, Kiwisch, Busch nominatam eundem morbum esse, quem, nomine febris puerperalis utentes, exposuimus.

**Libri in auxilium vocati:** *style*

## **Libri in auxilium vocati:**

## Hippocratis de morbis popularibus Lib. I. et III.

— de morbis mulierum Lib. I.

R. Lee, Untersuchungen über das Wesen und die Behandlung einiger der wichtigsten Krankheiten der Wöchnerinnen. Aus dem Engl. mit Zusätzen von Schneemann, Hannover 1834.

Schönlein, Specielle Pathologie und Therapie, nach  
dessen Vorlesungen niedergeschrieben und herausge-  
geben von einem seiner Zuhörer. Würzburg 1832.

Eisenmann, Die Wundseiter und die Kindbettfieber.  
Erlangen 1837.

Helm, Monographie d. Puerperalkrankheiten. Zürich 1820.

Ferguson, Das Kindbettfieber. Aus dem Engl. mit  
Noten von Kolb. Stuttgart 1840.

KIWISCH, RITTER V. ROTTERAU, Die Krankheiten der Wöchnerinnen. Prag. 1841. Bd. I.

Rokitansky, Handbuch der pathologischen Anatomie.  
Wien 1842. Bd. III.

**Busch, Das Geschlechtsleben des Weibes. Leipzig 1843.**  
**Bd. IV.**

Detroit, Cursus der Geburtshilfe, Berlin 1846. Bd. II.

Canstatt, Handbuch der medicinischen Klinik. Erlangen 1847. Bd. II. Abth. II.

With the development of the economy, the demand for labor has increased.

The first stage of the process is the *preliminary*, which consists of a short interview with the client to determine the nature of the problem and the client's needs. This stage is typically completed within 1-2 hours.

W. H. DAVIS, JR., and J. R. HARRIS,  
University of Texas at Austin, and  
J. M. COOPER, Department of Geology, University of  
Texas at Austin, and J. R. HARRIS,  
**VII**

## VITA.

Franciscus Fridericus Ernestus Walbrach,  
d. XXV. m. Novembris a. b. s. XXVI. Conicii, Borus-  
siae Occidentalis oppido, patre Guilelmo, medico co-  
hortis, matre Emma e gente Rotzoll, quos adhuc  
viventes summa cum pietate diligo atque veneror, natus,  
confessione evangelicae addictus sum. Quatuor annorum  
puer initio in schola privata, deinde in schola publica  
patriae primis litterarum elementis imbutus, anno aetatis  
septimo in Gymnasii Coniciensis, tunc directore Gabler  
florentis, nunc auspicis Dr. Brueggemann lactantis,  
classem propaedeuticam tum temporis existentem receptus  
atque post biennium in ejus classem sextam transpositus  
sum. Quod quum per decem annos frequentassim, ma-  
turitatis testimonio instructus, m. Octobri a MDCCCLXV  
Berolinum petii atque civibus instituti regii medico-chi-  
rurgici Friederico-Guilelmiani adscriptus sum.

**Ubi per quadriennium basce audivi lectiones:**

Cell. Werder de logice et psychologia; 11.

Cel. Preufs de historia; 16. Februar 1823. 12

III. Hecker de encyclopaedia et methodology medica, de libris Celsi et aphorismis Hippocratis, de pathologia generali, de psychologia, de historia medicinae;

III. Lichtenstein de zoologia;

III. Link de botanice, de historia naturali generali, de physiologiae generalis elementis, de cryptogamia;

III. Schultz de botanice;

III. Weifs de mineralogia;

III. Döbel de physice;

III. Mitscherlich sen, de chemia et organica et anorganica, de pharmacia; III. Schlemm de osteologia, syndesmologia, splanchnologia, neurologia;

III. Mueller de anatomia et universa et organorum colliguntur sensuum, de physiologia, de anatomia et comparanda, de parata et pathologica;

Exp. Brücke de histologia microscopica; multique etiam

Beat. Eck de physiologia, de semiotice et therapia generali, de morbis contagiosis, de morbis si-  
stenti, mulatis et dissimulatis;

III. Mitscherlich jun, de materia medica, de me-  
dicamentis excitantibus;

Beat. Horn de morbis psychicis;

III. Schoenlein et III. Römberg de pathologia et

therapia speciali;

III. Juengken de chirurgia, de vulneribus;

Cel. Troschel de fracturis et luxationibus;

Cel. Boehm de akiurgia, de ophthalmiatrica;

III. Casper de arte formulas medicas rite conciunandi, de medicina forensi;

III. Schmidt de arte obstetricia.

Practerea practicis exercitationibus me instituerunt:

III. Mueller una cum III. Schlemm arte cadavera rite secandi; Cel. Troschel arte fascios rite applicandi; Cel. Boehm operationibus in cadavere faciendis; Exp. Traube auscultatione et percussione; III. Schmidt exercitationibus obstetriciis; III. Casper exercitationibus medico-forensibus et explorationibus in vivis et mortuis instituendis.

Denique practicans interfui clinicis chirurgicis et ophthalmiatricis Exp. Angelstein, III. Langenbeck, III. Juengken; polyclinico chirurgico et ophthalmiatrico Exp. Angelstein, III. Langenbeck; clinicis medicis Cel. Wolff, III. Schoenlein; polyclinico medico III. Romberg; clinico syphilitico Exp. Simon.

Quibus omnibus viris, optime de me meritis, quam maximas possum gratias ago semperque habebo.

Jam vero tentaminibus, quam philosophico tam medico, nec non examine rigoroso coram Gratioso Medicorum Ordine rite superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

quidam. In aliis, quod in aliis non est, in aliis  
affinitas nullus est, et in aliis, quod in aliis non est,  
affinitas nullus est.

Quod in aliis, quod in aliis non est, in aliis  
affinitas nullus est.

Quod in aliis, quod in aliis non est, in aliis  
affinitas nullus est.

## THESES.

1. Omnes hominum actiones ab egoismo prosi-  
cuntur.

2. Pathologia, nisi pathologia experimentalis adju-  
vante, ad perfectionem evehi non potest.

3. Omnes morbi psychici in morbis corporis positi  
sunt.

4. Aqua frigida praestantissimum remedium est.

5. Syphilis primaria sine Mercurio curanda est.

6. Funiculo umbilicali prolapsu, applicatio forcipis  
versioni praferenda est.

